
VICIPÆDIA


Lingua Hindica

Lingua Hindica[1] (Devanāgarī हिन्दी aut हिंदी, *Hindī* / ˈɦɪndiː/) est una e nonnullis linguis quae linguae Hindi appellantur.[2] Quaeque ad divisionem Indicam sive Indoaryanam familiae Indoeuropaeae pertinent; qua lingua hominum inter 180 000 000 et 500 000 000 in India boreali mediaque loquuntur.[3][4] Hindica est una e duabus civitatis Indiae linguis publicis et una e viginti duabus linguis Indiae schedulo enumeratis.[5] Etiam homines aliarum multarum civitatum, quod vocabulo *Hindi* appellatur, sese loqui confitentur; sed quam linguam sic dicunt ipsi, philologi saepe aliis nominibus, ut Bhojpuri, Maithili vocant aliisque. Est etiam haec lingua publica tertia insulis Vitiensibus, quae ibi Hindi seu Hindustani appellatur; qui separatus esse sermo censetur, et nomine *Hindi Vitiensis* (Anglice *Fiji Hindi*) nuncupatur.

Lingua Hindica हिन्दी seu हिंदी	
IPA:	[hɪn̪di:]
Taxinomia:	lingua sive series linguarum Indica e divisione Indoiranica familiae Indoeuropaeae
Locutores:	180 000 000 (Hindi stricto sensu) 120 000 000 ut lingua secunda
Sigla:	1 hi, 2 hin, 3 hin
Status publicus	
Officialis	India
Privata	in multis civitatibus
Litterae:	Litterae Hindi
Scriptura:	Scriptura Devanagari
Procuratio:	



Familiae linguisticae coloribus Vicipaedicis pictae



Regio linguistica Hindi sicut apud Masica (1991) evolvitur

Index

Regio linguistica Hindi

Linguae Hindicae soror ut ita dicamus gemina est Urdu, eadem origine, sed quae gentibus religionis Islamicae est in usu et litteris Perso-Arabicis scribitur.

Gregi linguarum Hindicarum limites varii imponuntur. A quibusdam recognoscuntur haec:

- series occidentalis: Haryanvi (Bangaru), Khari Bholi, Braj Bhasa, Kannauji, Bundeli
- series orientalis: Awadhi, Bagheli, Chhattisgarhi et Hindi Vitiensis
- series Bihari: Magahi, Maithili, Angika, Bajjika, Sadri sive Sadani et Nagpuria, Bhojpuri; Bhojpuri Mauritiana, Bhojpuri Africana Australis, Sarnami, Bhojpuri Guianensis, Bhojpuri

insulae Trinitatis
- series Rajasthani
  - Marvari, Bagri, Bhitrauti, Sirohi, Godvari, Mevari
  - Dhundhari seu Jaipuri, Harauti
  - Mevati, Nimadi
  - Gojri seu Gujuri, Lamani seu Banjari seu Lambadi
- series Pahari seu Himalayica
  - linguae Pahari occidentales seu Himachali: Jaunsari, Sirmauri, Baghati, Kiunthali seu Mahasui, Handuri, Kului, Mandeali, Chameali, Bharmauri seu Gadi, Churahi, Pangvali, Bhadravahi, Bhalesi, Khasali, Padri
  - Garhvali, Kumauni

Historia

Hindica ex Sauraseni Prakrit originem ducit.[6] Quamquam inter doctos discrepat de ipso nascendi tempore, lingua Hindica ex dialectis locorum sicut Braj, Awadhi et Khari Boli orta videtur post saeculum nonum (hae dialecti etiam nunc multis sunt in usu).[7] Sultanis Dellii regnantibus et tempore Imperii Mughal, quod Persica lingua publice utebatur, Khari Boli multa Persica Arabicaque verba accepit. Quod attinet ad verba Arabica origine: quia paene omnia venerunt ex Persico, eorum conformatio in Hindi-Urdu priorem phonologiam Arabicam non conservat.

Usus hodiernus

Hindicus ordinarius est publicus Indiae sermo, omniumque linguarum, quae in schedulo enumerantur, in usu est latissimo. Quo sermone homines in septentrionalibus praecipue civitatibus utuntur: Rajasthan, Dellium, Haryana, Uttarakhand, Uttar Pradesh, Madhya Pradesh, Chhattisgarh, Himachal Pradesh, Jharkhand Biharque. Eadem altera est lingua maior in insulis Andaman et Nicobar. Insuper in usu est praeter linguas regionum principales per Indiam septentrionalem mediamque, quae sunt linguae Paniabica, Gujarati, Marathi, Bengalica. Intellegitur Hindi vulgo etiam in aliis Indiae regionibus, atque item in Nepalia, Bangladesha, Pakistania.

Nexus interni

- Linguae Indiae
- Lingua Hindi-Urdu
- Lingua Urdu

Notae

1. Christianus Lassen, *Institutiones linguae Pracriticae*(Bonnae, 1837), p.385 (http://books.google.fi/books?id=L0gMAAAAYAAJ&pg=PA385&lpg=PA385&dq=%22lingua+hindica%22&source=bl&ots=IJj59RbJtC&sig=YD4Jwf7Jtxs_9NokuTVZjhOSpQs&hl=fi&ei=d4V0Tr3XMMLJhAfTqKDNDA&sa=X&oi=book_result&ct=result&resnum=6&ved=0CDEQ6AEwBQ#v=onepage&q=%22lingua%20hindica%22&f=false)
2. "Lingua Hindi": Christianus Lassen, *Institutiones linguae Pracriticae* (Bonnae, 1837) (Textus (https://books.google.com/books?id=L0gMAAAAYAAJ) apud *Google Books*) app. pp. 12, 20.

3. Shapiro (2003), p. 251 (http://books.google.com/books?id=jPR2OlbTbdkC&pg=PA251&vq=%22not+insignificant+numbers+of+speakers%22&dq=hindi+uttar+pradesh&as_brr=3&sig=u5CAclp7Je0ntylfM04B2YgYboc)
4. Secundum censum Indicum anno 1991 actum.
5. Leges Reipublicae Indiae, Pars XVII, Membrum 343.
6. Henry Yule, A. C. Burnell, William Crooke (1903), *Hobson-Jobson*, Londinii: John Murray, p. 344
7. M. Shapiro, *Hindi*.

Nexus externi

- De hac lingua (http://www.ethnologue.com/show_language.asp?code=hin) apud *Ethnologue*
- Situs locutorum (http://llmap.org/languages/hin/static_map.html) apud *Linguist List*
- Lexicon interretiale (http://www.shabdkosh.com/) **(Anglice)**
- Lexicon interretiale (http://aslimasti.com/html/dict/) **(Anglice)**
- Lexicon interretiale (http://www.freelang.com/dictionnaire/hindi.html) **(Francogallice)**
- De lingua Hindi discenda (https://sites.google.com/site/hindispekingtree/Home) **(Anglice)**
- De lingua Hindi discenda (http://www.bibliomonde.net/pages/fiche-livre.php3?id_ouvrage=1619&texte_aff=infocomp) **(Francogallice)**
- Idiomata peregrinatoribus utilia (http://wikitravel.org/en/Hindi_phrasebook)

Bibliographia



Usitatus Hindi ambitus latissimo verbi sensu.

Bibliographica

- Aggarwal, Narindar K. 1985. *A Bibliography of Studies on Hindi. Language and Linguistics*. Gurgaon, Haryana: Indian Documentation Service.

Grammatica et didactica

- Bhatia, Tej K. 1996. *Colloquial Hindi: The Complete Course for Beginners.* Londinii et Novi Eboraci: Routledge. ISBN 0-415-11087-4.
- Gatzlaff-Hälsing, Margot. 2003. *Grammatischer Leitfaden des Hindi*. Helmut Buske Verlag, Hamburg. ISBN 978-3-87548-331-4.
- Koul, Omkar N. 2008. *Modern Hindi Grammar.* Springfield: Dunwoody Press.
- Koul, Omkar N. 1994. *Hindi Phonetic Reader. Dellii: Indian Institute of Language Studies.*
- McGregor, R. S. 1977. *Outline of Hindi Grammar.* Ed. 2a. Oxoniae et Dellii: Oxford University Press. ISBN 0-19-870008-3 (ed. 3a.).
- Sinha, Kadambari. 2007. *Konversationskurs Hindi*. Hamburgi: Helmut Buske Verlag. ISBN 978-3-87548-488-5.
- Snell, Rupert, et Simon Weightman 1989, 2003. *Teach Yourself Hindi.* McGraw-Hill. ISBN 978-0-07-142012-9.

Lexica

- Mahendra Caturvedi. 1970 *A practical Hindi-English dictionary*. Delhi: National Publishing House. Versio interretialis (http://dsal.uchicago.edu/dictionaries/caturvedi/).
- Dasa, Syamasundara. 1965, 1975. *Hindi sabdasagara.* Ed. nova. Kasi: Nagari Pracarini Sabha. Versio interretialis (http://dsal.uchicago.edu/dictionaries/dasa-hindi/).
- Gatzlaff-Hälsing, Margot. 2000. *Wörterbuch Deutsch-Hindi*. Hamburgi: Helmut Buske Verlag. ISBN 978-3-87548-247-8.
- Gatzlaff-Hälsig, Margot, ed. 2002. *Handwörterbuch Hindi-Deutsch*. Hamburgi: Helmut Buske Verlag. ISBN 3-87548-177-1.
- McGregor, R. S. 1993. *The Hindi-English Dictionary*. Oxoniae: Oxford University Press. ISBN 978-0-19-864339-5.
- McGregor, R. S. 1993, 2004. *Oxford Hindi-English Dictionary.* Oxoniae: Oxford University Press.

Philologica

- Bhatia, Tej K. A. 1987. *History of the Hindi Grammatical Tradition.* Leiden, Netherlands & New York, NY : E.J. Brill. ISBN 90-04-07924-60.
- Chatterji, Suniti K. 1960. *Indo-Aryan and Hindi.* Ed. 2a, retractata. Calcuttae: Firma K.L. Mukhopadhyay.
- King, Christopher R. 1994. *One Language, Two Scripts: The Hindi Movement in Nineteenth Century North India.* Bombay: Oxford University Press.
- Masica, Colin P. 1991. *The Indo-Aryan languages*. Cantabrigiae: Cambridge University Press. ISBN 978-0-521-29944-2 (Paginae selectae (https://books.google.com/books?id=J3RSHWePhXwC) apud *Google Books*)
- Rai, Amrit. 1984. *A house divided: The origin and development of Hindi-Hindustani.* Dellii: Oxford University Press. ISBN 0-19-561643-X.
- Shapiro, Michael C. 2003. "Hindi.", in *The Indo-Aryan Languages,* ed. George Cardona et Dhanesh Jain, 250–285. Routledge. ISBN 978-0-415-77294-5 (Paginae selectae (https://books.google.com/books?id=jPR2OlbTbdkC) apud *Google Books*)
- Tiwari, Bholanath. (1966) 2004. *हिन्दी भाषा (Hindī Bhāshā).* Allahabad: Kitāb Mahal. ISBN 81-225-0017-X.
